Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Theologica scholastica (Teil II, 4, 3) - Cod. Ettenheim-Münster 281

[S.l.], [17. Jahrh.]

Tractatus 1ma

urn:nbn:de:bsz:31-129974

Visual Library

Tractatus primus
De Convenientia, Fine et necessitate Incarnationis.

Omittimus cum S. Th. quaestiones de possibilitate et existentia Incarnationis, quae cum jam fidei nostrae ordinis sit Deum iam de facto incarnatum de neutro dubitare possumus. Utrumque v. contra Ethnicos l. Judaeos probare ad Controversistas pertinet. Vid. Bellar. lib. de Christo, Suar. Valent. et alios, quare ad propositum veniamus.

Quaestio prima

Utrum fuerit conveniens Deum incarnari et quo tempore?

Sensus quaest. est; an non decuerit Deum incarnari? Et an non alio tempore incarnandus fuisset quam fuerit de facto, v. g. initio l. fine mundi?

Con: ja. fuit omnino conveniens ut Deus sibi uniret naturam humanam, talem qualem, et quomodo de facto uniret. Ita omnes Cathol. cum S. Th. h. a. i. et Prob. Quia sicuti bono qua bono convenit se communicare. Ita summo bono, Deo m. fame se communicare quod fit per

Incarnationem, dum Deus se non tantum communicat quasi naturalem
ut facit per Creationem, aut supernaturalem, ut facit in
largitione donorum supernaturalium sed vero substantialiter assu-
mendo et uniendo sue personalitati Corpus et anima
ita, ut corpus, anima et Deus unum sint, adeoque se
quasi ursa creatura uniat, et ita sum. S. Paulus
omnia in se restauret, s. ut graeca habet, re-
capitulet, hoc est, in summa quasi redigat quae
in Caelo et quae in terra sunt, qui modus ut
erat Creatura inexcogitabilis, Ita Deo nunc est
gloriosus, quia sicut hoc opus est operum ipsius mi-
rabilissimum, ita est invisibilium Dei perfectionum nunc
manifestativum. Commendat n. hoc opus immensam
Dei in nos Charitatem, quia pro nobis factus sit homo
nobis consanguineus et frater; minor, quia desi-
derio subveniendi nobis in peccatum prolapsis factus est
homo mortalis passibilis et humanis miseriis plu-
rimis obnoxius; vi potentiae, Quia facit potentiam in bra-
chio suo, naturas infinite distantes uniendo, seque
creatura fundo; sapientiae, quae modum invenit ineff-
abilem quo hoc compositum ineffabile constituerit;
Praeter alia dominus sitibus Dei, aliaque nobis invisibilia
facit visibilem, dum homo factus familiare et cuique
suo modo imitabile praebuit exemplum eximiae
sitibatis et virtutum quibus Beat. consequeremur.

Vn. S. Aug. ser. de Natiuit. 52. Quid g hic fieret
hō sequdus n erat, qui videri poterat, Reg sequdus erat
qui videri n poterat. Vt g exhiberet hoi, et qui ab
hoie videret, et quem Ho sequeret Reg factus est Ho.
Obiectiones contrias Cm. et solutiones pulchras vide quod
S. Th. ibi.

Con: 2da. Non conueniebat vt Reg l. statim initio
mundi. l. jam sub fine mundi incarnaret. Ita
S. Th. h. a. 5. et 6. morales affert congruitas plu-
res. quarum vna optima est: qd incarnatio sit in re-
medium generis humani lapsi: g an peccati n debuit
quam laberet, nec statim post, vt infirmitatem suam
tpre legis nāe et Vet. scripta perfectius agnosceret
et ita aio gratiori suscipiret, nec dnq sub fine
mundi differri debuit, ne alioq oes perirent.
Rationes à priori dat S. Aug. in Joan. dns: Multi
dnt, quare an n venit Chrs? quibus respondendum
est, qr nondum venit plenitudo tpris, moderante illo
per quem facta sit tpra sciebat n. qn venire debebat.

Qo 2da.

An et Cuiq. pcti remedium sit Finis ad-
aequatus Incarnationis?

Sicut in multis aliis operibus diuinis duplum
finem dignoscimus, in. Vltm S. generale et proxm S.
speciale, sic idem pnq in mysterio incar.

sicut in alia ratione est sanctissimus operationibus
hoc est; sicut videlicet rebus à se creatis finem prae-
fixit manifestationem suae bonitatis, sapientiae, omnipotentiae,
atque augmentum gloriae exstrinsecae et secun-
do sibi à creaturis est perfectam suarum mani-
festationem sive ad eorum bonitatis ostensionem et
gloriae augmentum, tanquam est generalem finem;
filium suum incarnari voluit. Interim tamen,
sicut aliis creaturis et nullis alios speciales
fines adaequatos praefigit, v.g. bestiis et aliis
ut speciatim homini, quo suae speciei deficiente, talia
producturus non fuisset, sic et quaeritur, an Incar-
nationis speciales adhuc fines adaequatos praefi-
gerit, quo deficiente Incarnationem noluisset.
Et si hoc negetur, quaeritur quis sit iste finis ad-
aequatus, an in remedium peccati, hoc est redem-
ptio generis humani; an aliquis alius? quo quae-
stio vero initium ducit hoc; an si homo non peccas-
set Deus incarnatus fuisset? Circa quam quaestionem
duo sunt certa: primo: Ubi homo non peccasset, Deus
tamen incarnari potuisset eo modo quo voluisset
et eo fine qui sibi placuisset, v.g. ut exaltaret
humanitatem, aut consortium divinitatis offerret,
ut honoraret vel sanctificaret, aliasque res huius; vel
bonum morale caperet effectui; an ei non repugnaret

pto, ff tale qd Incarnaõe voluisset in quaest.
est. Rdo. certum est, qd si Ado non peccasset
Reg non venisset mortalis, nec redemptor, Conci-
liator, satisfactor p. adeoq; pctum fuit saltem
motivum Incarnaõis sm modum possibilitatis et mor-
talitatis. qa Reg voluit fieri hõ viator similis
caeteris hoibus, hi a. in statu Innoc. fuissent
immort. et impossibiles nec redemptione l. recon-
ciliaõe indiguissent, adeoq; et redemptionis
officium cessasset. His praemissis et Nob:
Hoc iam quaerendum restat, an Reg de facto de-
cernit substiam Incar. independenter ab hoiis lapsu,
adeoq; an praeter remedium pcti, s. redemptionem
generis humani, detur aliud aliqd adaequatum
Incar. Motivum s. generale s. speciale, ff qd Adamo
non peccante Reg in mundum venisset. Re
quo sunt duae celebres Vet. sententiae, una urgens
est S. Th. h. a. 3. et Thomist. aliorumq; com-
plurium, quos ex RR. sequuntur vasq. valent. Mol.
Less. Sylvius Ratzarius p. Altera est Scoti cum
suis affirmans, Catharinae, Salmeron. Surrezij p.
qui ipsi tn non parum inter se discrepant ut videre
est quod Kaguses A. 28.
Con: Probabilius et verius videtur solius pcti remedium
fuisse motivum adaequatum Incarn. sm sub-
stiam et modum, adeoq; in hoc peccasset, Reg in-

carnatus non fuisset. Ita S. Th. cum istis rationes
complures afferunt citati; nobis sufficiat una
S. Thomae optima quam sic explico. Ea quae
ex sola Dei volente proveniunt citra omnem debitum
creationis, hoc est, effecta Dei supernaturalia, qualis
utique est Incarnatio, nobis innotescere non possunt
nisi quatenus in Scriptura aut Scriptura aequivalentibus con-
cilijs et PP. nobis traduntur, sed in Scriptura Concil.
et PP. Incarnationis ratio ubique ex peccato assigna-
tur, nec unquam traditur alia ratio independens
a peccato, propter quam Deus venerit, imo a multis
PP. omnes alia rationes aperte excludantur, quam sumus
dicere, peccato non existente Incarn. futuram fuisse
quia vere futura non fuisset. Ma. est manifesta.
nam si de supernaturalibus plura dicamus, quam ex
Scriptura Concil. et PP. colligere possumus, non bene doce-
mus, sed sine fundamento divinamus, unde S. Hier. ait:
quod de Scriptis l. aequivalentibus authentice non habet, eadem
facilitate contemnitur qua probatur. Mi. trimen-
bris probatur fuse apud AA. istis. nam Jo. Imparibus
vel. et novi test. locis, Incarnatio assignatur tantum
propter peccatum, ut Joan. 3. sic Deus dilexit mundum
(in peccatum lapsum) ut filium suum unigenitum daret,
ut omnis qui credit in ipsum non pereat. Nam n. mundus
Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum,

sed ut salvetur mundus per ipsum. quo loco Christus
Nicodemo veritatis auctor, utique indicavit ad
ventum sui adequatam causam, alioqui sufficientem
doctrinam ei non dedisset. Math. 1. Vocabis
nomen eius Jesum, ipse enim salvum faciet populum
suum a peccatis eorum. Ubi volebat Angelus insi-
nuare, hoc fore principale munus ipsius, et ab eodem
nomine ipsi invocandum. 1. Thim. 1. Jesus Christus venit
in mundum, peccatores salvos facere. Idem alibi in-
sinuat Apostolus, nec aliam causam meminit, qui si
sciuisset, utique indicasset sum id quod dicit in actis,
non subterfugi quominus annunciarem omne consilium
Dei vobis. Ex quo refutatur suarum fugiendum
dictis, hic quidem aliquis, cuius dari ade-
quatam, sed praeter eam dari alias causas, conce-
dendum non est, doctrinam tam insufficientem a Christo
Angelis et Apostolis, nobis fuisse relictam. 2do
quod attinet ad Concilia, instar omnium erit Nicae-
num quod in symbolo suo canit; qui propter nos homines
et propter nostram salutem descendit de coelis, cui con-
sentit tota Ecclesia in veteri quodam Hymno, in
quo ita B. Virg. alloquitur; peccatores non abhorres
sed quibus nunquam fores; tanto digna filio.
In quo omnis alia causa excluditur. Idem habetur
in Conductione Cerei paschalis ubi dicitur: o certe
necessarium ade peccatum, quod tale, et tam p

Ubi per prosopopeiam commendat ipsum
non sibi se, sed quia fuit occasio, ut ipsum Christum
qui alias non venisset, hominem eo quod eius mors
ad delendum peccatum necessaria erat. Hinc facit
totius Ecclesiae consensus, orantis in Albanijs, fili
Redemptor mundi, miserere. Tertio ad
Rom. quod attinet ut omittam eos qui incarnationis
alia motiva tacentes solam hominum redemptionem
cum sua exprimunt, aliquos utabo qui omnem
aliam causam excludunt. Sic loquitur Irenaeus
lib. 5. adversus Haereses. c. 14. Si non haberet caro
salvari nequaquam verbum Dei caro factum esset,
et si non haberet sanguis vestrum inquiri nequaquam
sanguinem habuisset Dominus. S. Athanas. ser. 3.
contra Arrianos. necessitas indigentiaque hominum anterior
est, quam illius nativitas, qua sublata car-
nem non induisset. Nazian. orat. 36. quae a Humanitatis
a Deo pro nos suscepta causa est? profecto, ut nobis
solus pararetur, quod non alium causam afferri potest?
Sanctus Aug. ser. 8. de verbis Apostoli; quare ve-
nit in mundum? peccatores salvos fere; alia
causa non fuit quare veniret, et si homo non peccasset
filius hominis non venisset. Denique S. Leo. ser. 3.
de Pent. si homo in sua honore non mansisset,

creator mundi creaturam non fieret. Vide plura
quam Vasq. B. 10. c. 4. et 5. Rogusa R. 28.
§. 14. et seqq.

Ex his vibus comparet satis, unicum Incarnationis
adaequatum speciale motivum Incar. fuisse solum
peti remedium, cum SS. Concilia et PP. alterius
non meminerint, imo excludant; Ex quo ne-
cessario consequitur, Incarnationem esse decretam non mi-
nus post praevisum Adami peccatum, Unde vim optime sen-
tire videntur cum S. Th. et Vasq. B. 11. c. 6.
qui ordinem actuum mentis Diae circa hominum
salutem, et Christi Incarnationem ita enumerant,
ut m. Reg. in 1. instanti et signo decreverit
ex sua bonitate communicare seipsum, et creare hominem
factum et vectum, ut si vellet, meritis suis con-
sequeretur gloriam. 2do ut permiserit occulto
suo iudicio illum labi in peccatum. 3tio ut reti-
nuerit simplicem voluntatem circa hominum salutem
4to ut elegerit ad id optimum medium m. mit-
tere filium suum incarnandum, qui meritis suis
salutem et gratiam impetraret, salvo interim ho-
nore et primatu, qui Christo Unigenito filio
suo, inter omnes creaturas debetur, ut m. veniat
tanquam Rex caput et princeps inter homines et
inhilarius missio et adventus eius sint et re-

medium pcti, et salutem nrã, tanquam ppter fi-
nem cuius gratia, et ppter hoiem ut finem cui.
Ex quo fit, quod bn. Nos. est, ut hi gratiae fines
hoies in eorumque solus reflectant et utrique
antur, in gloriam Christi et Dei, hanc n. glo-
riam Deus sibi et Christo elicit ex occasione
pcti praecisi, non v. ex intentione directa et
iaria qua velit permissionem pcti, eiusque remedium
ex intentione et fine gloriae suae et Christo ut
quam ex Aff. volunt. Ut declarat exemplo:
Occupet V.G. et capiat V.G. urbs regia, Rex
v. mittat filium suum, ut urbem suo et sanguine
liberet, hoc casu Rex directe intendit salu-
tem et liberationem civium, quia v. ea liberatio est
valde gloriosa consurgit Regi et filio glo-
ria ex occasione non ex directa intentione, neque
n. Rex permisit urbem capi ut in per liberationem
gloriam quaereret, sed quia capta semel fuit gloriose
liberare voluit. Ita se res hic in Incarnatione
neque n. Deus voluit permittere nos perire
ut sibi suoque filio gloriam ex salutatione nra
quaereret, sed quia perieramus, per filium liberare vo-
luit, et ita ex occasione sibi et illi gloriam quae-
rere, ipsumque caput et Regem nrm constituere.
Et hoc volunt sic qui vocant Christum primogenitum

ex multis tribus, finem vim creaturarum, nec
n. volunt ut AA. exponunt, Christi Incarnationem
an omnes creaturas alias esse decretam, sed quod Christum
Jesum tanquam ad sanctificum meritorium, caput
nostrum, ac Verbi restauratorem via operantur.

Ut in tota Concl. sic in assignando ordine
decretorum Dei discrepant AA. qui se gene-
ratim fundant in hoc, Deum decrevisse Incar-
nationem, an praevisum peccatum, adeoque eam fuisse
futuram peccato non existente, ponunt n. Deum in
jo Instanti statuisse vim jo vicare se creaturae
per unionem hypostaticam. 2. certe statuisse se vi-
care se per triplicem ordinem vicariis in hypo-
staseos, gratiae, et naturae. In 2do. voluisse per-
mittere et praevidisse peccatum Adami. 3tio
statuisse afferre remedium statuendo ut Verbum
assumeret carnem passibilem, cum alias assum-
pturum fuisset impassibile. hanc suam opinionem
probant seqq. obiectivis Itaque

Obj. jo. Ex illo prov. 8. Dominus possedit l. ut
legunt 70. Creavit me in initio viarum su-
arum, quae verba attribuunt in carnata se-
pia Anti, aeternum Patrem decrevisse ut
caeterum sibi filius homo fieret in tempore, tanquam
initium viarum Dei, hoc est in dependentia ab omnibus

alijs verbis quae via Dei appellant; sed
Ex locum illum proverbiorum l. accipiendum de
sapientia Dei increata, ut quae Deo ab aeterno
aderat, cum eo cuncta componens, l. accipiatur
de sapientia incarnata, ut aliqui PP. in Atha-
nas. Nazian. Hilarius Fulgent. contra arri-
anos. accipiunt, non hoc eum sensum quem AA.
volunt, sed quem PP. ita exponunt, hinc ac-
cipiunt voce viarum, non pro quibusvis effectibus
Dei, sed pro vijs gratiae et gloriae, per quas in-
carnatus Deus lapsum hominem reduxit et redemit.
Ut sit sensus, Deus me aeternum verbum suum ve-
acuit s. fecit hominem, eo fine ut esset initium
fundamentum, fons, et praecipua causa meritoria
omnium viarum illarum gratiae divinae, per quas lapsi
incedere, et ad gloriam pervenire possunt.
Ob. 2do Si Incarnatio non fuit decreta ante praevi-
sionem peccati, sed occasione illius praevisi sequitur Incar-
natione esse tantum bonum occasionatum, hoc est, non jam
Intentionis Dei sed secundariae posito iudicio tantum peccato
voluisse adeoque jam Intentione Deum potius
nolle esse Christum quod non videtur concedendum.
Ex Incarnatione esse ergo tantum secundariae Intentionis

(quamquam non videatur tamen opus occasionatum
hoc n. magis sonat id quod praeter intentionem fit,
quod in Deo locum non habet) nec hoc esse absurdum, quia
Deus jaria intentione non tenetur semper fieri quod melius
est, imo ex hoc magis elucet magnitudo bonitatis
divini in homines eo quod occasione peccati Deus filium
suum miserit, nam si misisset ad perseverantes in
statu Innocentiae, tanti aestimari non potuisset, quia
non misisset ad indignos, at mittere ad peccatores
indignos et hostes hoc insigne amoris et miae
indicium est.

Ob. 3. Caeteri homines praedestinati fuerunt ante
praevisionem peccati Adami, quia et Christus, qui est Caput
et primus praedestinatorum, et causa exemplaris eorum
incepta illud Rom. 8. quos praescivit et praedesti-
navit conformes fieri imaginis filii sui ut sit
ipse primogenitus in multis fratribus, ante praevisum
peccatum praedestinatus fuit. Ant. Probat. Quia
Deus vult nobis gratiam et gloriam prius quam vi-
deat opposita horum habitum vid. peccata.

Ex. neg. Ant. At eius probatione quia Deus nemini
vult volte efficaci gloriam adeoque nec praede-
stinat ante praevisam perseveriam finalem, cum a-
liter perseveria fuerit post peccatum sequitur Deum et non
praedestinasse homines ante praevisum peccatum. Itaque Deus

an petm praecisum, voluit hoibus gloriam tm
volte antecedenti et simplici.

Ob. 4to si Chrus praedestinatus fuit ad et pt
nra salutem, sequitur, finem praedestinationis Chri fuisse
praedestinatione nra, adeoque nos prius fuisse prae-
destinatos quam Chrm, quod absurdum est, et contra
locum Rom. supra citatum.

Ex Ante praedestinatione Chri salutem nram a Deo
fuisse volitam per modum finis non efficaci volte
sed simplici, volebat n. Deus ex se salutem nram,
quia ex se illi placebat, sed efficaciter nulli eam
dari decrevit nisi ex meritis alicuius qui
tolleret petm, quo Caelo excludebamur.

Quare negandum Deum quemquam hominum praedesti-
nasse antequam decerneret et determinaret mittere
Chrm, et antequam eius merita praevideret, cum
nulli lapso in petm efficaciter voluerit gloriam
imo nec efficaciter voluerit dare gratiam sed
simplici tm volte nobis gratiam concupiverit
quia quod Deus in Xpre daturus ex meritis, nunquam
praefinit efficaci volte antequam merita pre-
videat, at v. praevisis meritis Chri efficaciter
voluit aliquos ad gloriam eligere illisque per
singulas occasiones gratiam efficacem usque ad finem vitae

dare. adeoq; eos tum jus praedestinavit ut
fierent conformes imaginis filij sui. et unde
qui nra praedestinatio est praeussit praedestinationem
Chri. sed ipse est primus inter praedestinatos, tum ne
gative saltem, qa nemo praedestinatus est ipso
prior, tum dignitate, quia Deus ipsum ita cum alijs
praedestinavit ut esset caput caeterorum prae-
destinatorum, et aliquo modo finis quia ex horum
redemptione et gloria per Chri merita acqui-
sita ipsi Chro auctoris gloria accedit.
Ob. 5to Qui ordinate vult aliqua uti
haud dubie Deus vult, prius vult finem dein
inter ipsa media prius illa, quae sunt propin-
quiora fini ordine suo. cum ergo Deus velit
seipsum et gloriam suam ut finem et caetera
creata tanquam media inter creata v. Incar-
natio sit medium propinquius ipsi fini sequitur
prius voluisse Incar. quam ullum aliud medium
creatum, cum omnia minus sint ostensiva bonitatis
diae et promotiva gloriae Dei ij Incarnatio.
Rx jo. si argum istud valeret probaret et
deberisse mundum perfectiorem condere, qa utique
fuisset magis manifestativus perfectionum Dei
tamen non est, Deus n. operans non tenet operari optimum
et optimo modo, sed bonum bene et per bona media.

Ex 2do. Regiona Dlcu: ordinate volens
sibi vult finem dein media propinquiora fini
non esse accipiendum de propinquitate sua perfectionis
entitativae, sed de propinquitate utilitatis ad
finem intentum, neque enim medium in se semper nobi-
lissimum est fini consequendo propositum, sed ordinari
aliquando in medium minus nobile, fini tamen commo-
dius et immediatius, quod etiam hic contingit, nam
cum Deus intenderet modo perfectissimo ostendere se
et rigorem suae iustitiae vindicativae odium
adversus peccatum et se viscera misericordiae et charitatis er-
ga inimicos perfectius hoc assequebatur, ordi-
nando Incarnationem in Redemptionem hominum post
praevisum peccatum, quam si eandem ante praevisum peccatum
decrevisset.

Ob. 6. Quando in se est perfectius minus recte
ordinari ad id quod minus perfectum est, sed Incarnatio
est unus longe perfectius quam Redemptio hominum ergo
non decet ut ad hanc ordinetur, sed debet per se-
metipsam tanquam quod excellentissimum praeduci et
consequi independenter a peccato.

Ex perfectius non recte ordinari ad imperfectius
si hoc imperfectius habet se mutatur finis ulti-
mus si ipsum imperfectum ulterius ordinetur ad finem

vibus medijs meliorem, etsi ergo Incarnatio sit
nobilior redemptione hominum, gloria tamen Dei et ipse
Deus in quem omnia ultimato referuntur, nobilior
est, quam et Incarnatio et redemptio, sic Christia-
ni, varias Religionis actus, V. G. orationem, sa-
crorum perceptionem ordinant ad consequendam sa-
lutem, victoriam, bona temporalia pro utique igno-
biliora quam Religionis actus, in quo tamen inor-
dinatio minime fit, si ultimato omnia ad gloriam
Dei referant. alij ita dicunt: Maius bonum
recte referri ad minus dummodo non referatur ut
ad finem ultimum, sed sicut perfectius ad suum per-
fectibile quod perficiat.

Ob. 7mo Gratia quam habuerunt Angeli in statu
viae et Adamus in statu Innoc. fuit gratia
Christi, atqui gratia haec prius ratione fuit praecisa
à Deo quam ultimum, ergo et Christus prius fuit praedesti-
natus quam fuerit praecisum ultimum.

Resp. Neg. ant. Nec enim gratia ante lapsum collata fuit
gratia Christi, nam gratia Christi est gratia redemptionis
et reconciliationis. Instas.
Adamus et ante lapsum habuit fidem de Christo
incarnando, sed fides de Christo non dat in
ex meritis Christi.
Resp. si Adamus hanc fidem habuit explicitam ut
vult S. Th. h. quod tamen aliqui negant vel less.

non habuit eos tanquam de redemptore sed absolute tamen de Christo venturo quia sicut notat S. Th. Deus incarnationem ita revelavit ut tamen eam cur fieret occultaret, ne vid. Adamus esset pe-
ccatus sui sicuti, Ergo porro fides de Christo qua redemptore non dicitur in ex meritis Christi fides tamen de Christo absolute dari potest et data est sine meritis eiusdem.

Ex his quae solutionibus obiectionum maneat Christum tamen venisse pro remedio sicuti quia porro sicut aliud est originale aliud actuale Ex pro quod delendum Christus venerit? nec dubium sed de fide est, Christum delevisse sicuta via orig. actualia tam mort. quam venialia 1 Joan. 1. sanguis Christi emundat nos ab omni sicuto, tamen quod Christus pro quod sensali et sensalis venerit de quo sit

Conc. 2da Christus sensali venit tam pro orig. quam actuale quantum. sensalis tamen pro orig. Ita vidit Pp. et Scholast. cum S. Th. h. a. 4. ja Pars Prob. ex Joan. 1. Ecce agnus Dei qui tollit sicuta mundi hoc est sensum orig. Ut cum Pp. exponit Trid. sess. 6. c. 3. Ut ex 1. Thim. 1. Christus venit in mundum sicutores salvos fere quorum primus ego sum; Utique pro sicuta actualia quibus in

locis aliisq. supra vitae indicar. propalis causa no
tiva Incar. Idem praeter D.P. haber in Con.
Tolet. 6. Cap. 5. ubi dr. fatebor filium ad re
demptionem humani Gnris pro culpam debita q
per inobedientiam Adae originali et nro libero
arbitrio contraxeramus resolvenda à secreto
Pris arcano prodiisse. atqui parla pro qn causa
finalem indicat ut hic facit semp designat
propalem n tm impulsivam aut accessoriam, q
propalem et pro debitum Adae et pro debita ar
bitrij nri venit. 2da Pars Prob. ex coi
PP. et populi Christiani voce. Chrm venisse
mpe ad tollendum debitum Adae, qd humanum
genus corrupit vn Eulia canit; ô certe necessarium
Adae pctm ô felix culpa p desumi et causa à
congruentia, qa Chrs propalis venit ad delendum pctm
maius hoc a. est Adami s. originale, qd dr pctm
mundi, et pctm naae qa totum mundum et
naam infecit (: Chro et B. Virg. exceptis :)
at actuale pctm n ita infecit oes hoies nam
infantes, atq. et adulti actuali morbi ca
reat.

Dices. Esto originale sit extensive maius
tm actuale est maius intensive qa malia pcti
crescit ex ratione voluntarij qd maius est in actuali

Insuper actualia plurima et gravissima dam-
nat in uno homine, cum tamen in singulis sit unum tantum
orig. Ergo propalig venit Chrys propter actuale.
Ergo aliquos concedere sine hac ratione dici
posse propalig venisse Christum propter actualia sed forte
melius dici Christum ut propalig veniret propter unum
quam alterum attendisse magis ad maiorem
multitudinem hominum damnandorum quam ad
gravitatem culparum propter quas damnarentur,
multo a. plures infecti sunt et inficiuntur
culpa orig. quam actuali, attendisse item
tanquam peritum medicum magis ad tollendum
radicem et fontem omnium actualium hoc est origi-
nale, ex quo tanquam effectus secuta sunt illa 4.
naturae vulnera, vid. Ignoria, malia, in-
firmitas et concupiscentia, quae omnium actu-
alium peccatorum causae internae sunt, ut docet S.
Th. 1. 2. q. 2 et seqq. hoc quidem certum est
potuisse Deum propter rationem in obiectione allatam propalig
propter actualia venire sed de facto voluisse id
ex Scriptura et Patribus non perinde colligi ac contrarium.
Hoc idem fere videndum est ad quaest. quas
Sch. moveat, m. n. Chrys venisset paulis si

nullum in posteris Adae fuisset peccatum praeter
orig. Item an venisset si nullum orig. extitisset
sed tantum actualia mortalia quae plerosque homines
inficissent, nam certum est, Deum potuisse fre-
decretum et venire eo modo quo voluisset
an a. ui praesentis decreti de Incarnatione
facti ventura fuisset non item certum est.
Videtur tamen ex ssa et PP. probabiliter colligi ven-
turum non fuisse propter sola actualia et mort.
Quia propter sola ven. non venturum fuisse cer-
tum videtur eo qui non priuent gratia. Ventura
tamen propter solum orig. quia tamen praesens decretum
est paratum remedium pro actualibus quae radi-
cantur in orig. et ex natura per orig. fauci-
atae orientum, adeoque redemptio huius non ita
absolute est intenta sed quia Deus voluit ut pe-
riret totum genus humanum astutia diaboli
in suis parentibus deceptum et sine propria
voluntate singulorum in peccatum lapsum ut dicunt
SS. PP. Ita ut ciuis vasq.

Co 3tia

De Necessitate Incar-
nationis.

Vidimus q. superiori incarnatione referri ad repa
rationem humani generis ut medium ad finem. Quae nunc
an ad hunc finem sit medium non tantum necessarium ubi
sed et necessarium, quae quaest. varias pt. hic sensus.
Sed. An respectu Dei sit medium necessarium, ita m. ut
Deus debuerit reparare genus humanum? 2do An
necessarium fuerit ex parte ipsius medii, ita ut posito
quod Deus vellet reparare genus humanum non potuerit
reparare alia via. 3tio An si alia via repa
rare potuisset istud saltem medium fuerit convenien
tius et necessarium secundum quid? s. ad bene esse? 4to
An aliquo sensu et respectu sit medium et simpliciter
necessarium.

Ad 1um quaest. sensum Ex Ex communi et certo PP.
et scholasticorum consensu in Deo non fuisse nullum
redimendi hominis quis n. ipsum cogeret et quod tibi
imputabit ait sapiens si interierint nationes quas
tu fecisti Dn. Sa. toties meminit ex mia Dei
et Charitate esse redemptas quare si qui sunt PP. ui
dem velle Deum debuisse incarnari eo quod incon
veniens et indecens fuisset si incarnatus non fuisset
pie illigendi sunt de inconvenientia non privativa aut
contraria sed de negativa et per exaggerationes rethori
cas loqui censendi sunt quia m. minus consentaneum
erat bonitati divinae ut periret totum genus humanum

ob jas parentes posterorum negligentes eosq; à Re-
mone seductos quapquam S. Anselm. ut monet Vasq.
ab opinione contria excusari aliqui possit, ut et alij
pauci.

Ad 2dum Rp potuisse Deum alia via reparare hominem
ut cum PP. docet S. Aug. cap. 13. de Agone Christiano
dicens: Si stulti qui dicunt non poterat alii Dei sapientia homines
liberare, nisi susciperet hominem: quibus dominus poterat omnia, si
si alii fuerit sensus nostra stultitia displiceret. Idem alij
PP. docent ut videre est quid Valent. Suar. qui
censet contrium sine temerite et fidei incommodo dici
non posse, quod nimirum poterat Deus supremus Dominus et
legislator sine omni satisfactione liberali culpam con-
donare, et in statuto illo suo (: morte morieris :)
dispensare, aut sola corporali morte contentus esse
aut pro morte et animae aliquam et puri hominis satis-
factionem acceptare.

Ad 3tium Rp Ad reparationem humanam decentissimo
modo fundam non potuit Deus uti meliori medio
quam Incarnatione, quae proinde ad hunc finem est ne-
cessaria sine quo, s. ad melius esse. Ita communis PP.
ex quibus S. Aug. 13. de Trin. c. 10 ait Ergo Deo
alius modus possibilis non defuerit sanandae tamen mi-
seriae nostrae convenientiorem alium non fuisse.
Haec multas et pias dat S. Th. in Corp. quarum summa est:

Reparatio generis humani in duobus mpe consi
stit scilicet in promotione hominis ad aeternam salutem
per congrua media, v. g. per exercitia actuum
fidei spei, Charitatis, per copiam sanae doctrinae
et usum sermonum. et in remotione impedimentorum
salutis ut sunt peccata mpe superbia et inordinatus
excellentiae appetitus peccatorumque pericula et occasiones
atqui incarnatio excellentissime utrumque hoc
praestat, ut devote mysteria incarn. medi
tantibus constat et pulchris SS. PP. Sanctis S. Th.
h. docet. etc.

Ad 4tam Rx. Posito quod Deus voluerit repa
rare genus humanum per viam condignae et per
fectae satisfactionis (quae in dicta iustitia pro
recompensatione iniuriae Deo per peccatum illatae
fundata exhibetur sufficientis valoris pretium) simpliciter
necessaria unio hypostatica per quam sese Deus uni
ret naturae creatae s. Angelicae s. humanae, adeoque po
sito, quod voluerit hanc redemptionem complere
per homines simpliciter fuit necessaria incarnatio. Ita
S. Th. cum certa et communi PP. quorum Sanctis et
Verbis operose citandis ut supersedeam, istud
certum esto; eos tanquam invicto argumento contra
arrianos et Nestor. fuisse usos, isto in:
Chrys condignum pretium Deo pro redemptione nostra

obtulit, mortemq; ac pctm sua pnõe perfecte
destruxit, q̃ Chrs est sl Verus Reus et hõ. in quo
proin argmo tanquam certissam supponebant hanc
Ma. Ut qs pro redemptione l. pcto poit con
dignum pretium offerre, n̄ sufficit ipsum ee tm
creaõ et sctissam sz necrium est, et sl ee Deum
Rõne huius offert S. Th. h. pctm m. ht quandam in
finitam intra genus iniuriae S. offensae Rei pp in
finitam Rei maiestatem per illam offensam l. eo gra
uior n. est offensa, qnto maior est offensus, et vi
lior qui offendit. q̃ ad condignam satisfaõem ex
hibendam oportet ut actus satisfacientis hãat
valorem satisfactorium infinitum, sz talis n̄ pt
ee actus satisfactorius puri hois cum n. sit limi
tata puri hois dignitas et sctitas n̄ pt in
actum suum transmittere valorem infinitum. q̃
necee est, ut qui condigne pro pcto satisfacit
sit n̄ purus hõ. nec v. Reus ipse per se satisfre
pt aut dbt (qui exhibendae satisfactionis incapax
est nec esto capax eet sibi ipsi tn exhibere n̄ pot.)
q̃ necria est unio hypostatica per quam Reus
creaõ unitus, operibus eius infinitum valorem tri
buat, ac pro infinita pcti malitia satisfiat et
consequi, posito qd Reus voluerit assumere, uti
potuisset, naõ Angelica necria fuit simpli
incarnaõ ad genus humanum redimendum

Circa hanc S. Th. rationem ac Doctrinam circa
ipsam hanc responsionem movemur à RR.
ut pauca dubia quorum aliqua h. necessaria
breviter discutiemus in. de quantitate gravitatis
peccati, an et Cur purus homo pro se satisfacere non possit
aut pro alio? quomodo, pro quibus et in quantum Christus
satisfecerit.

Dubium jus.

An in genere iniuriae fuerit simpliciter in-
finita malitia peccatorum pro quibus
Christus satisfecit?

Entitas malitiae peccati RR. quoad triplicem spectant:
1o. in ordine ad suum habitum S. peccatorem quem inqui-
nat; 2do. ad legem S. regulam rationis à qua peccator
recedit in quo etiam recessa formalis peccati ratio etiam po-
tissimum consistere videtur. 3. ut est offensa S. iniuria
quatenus in. peccator contra legem divinam peccans, Deum
contemnit, se ab ipso avertit, atque ita Deum
graviter offendit eo usque ut etiam ipse se avertat à
peccatore, amicitiam solvat et omnium adversus eum
concipiat. 2dum jus et 2dum modum malitiae
peccati finita est, sed 3tium v. modum finita ne sit
an infinita controversum est. qua de re inveni

3. Antias. Ja vult malitiam illam accessionis s.
iniuriae diae esse simpliciter infinitam in genere malitiae
Ita Barthol. Chaninch de sermis et alij.
2da vult, esse eam quae absolute finitam comparative
tamen infinitam, quia in tanta magna est, ut nullis
bonis operibus, vere cuiusque gentium multis et
magnis ex aequo compensari possit. Ita Less.
de perfect. divinis lib. 13. n. 187. Ragusa etc.
3tia vult esse infinitam tamen obiective, quia in
pro obiecto habet ens infinitum, non aliter quam contrario
l. dilectio Dei infinitae bonitatis dici potest, quia
circa infinitum bonum versatur, adeoque non esse
maiorem malitiam in peccato, quam sit bonitatis in
dilectione. Ita vero alijs videtur sentire Vasq.
h. B. 2. et alibi saepius.
Con: Probatur mihi videtur malitiam peccati qua Deo in
iuriosi non esse infinitam simpliciter. nec infinitam
tamen obiective, sed infinitam comparative. Est maior
Scholastic. et ut videtur PP. sum rationem et argumentum supra
citatum ja Pars Con. probatur. Quia si peccatum in genere ma
litiae esset simpliciter infinitum sequeretur omnia peccata esse paria
cum unum peccatum continere malitiam omnium peccatorum et singu
la habere totam malitiam quantam omnia sunt, hoc autem est longe
absurdissimum quis non neget esse maiorem malitiam ex
praesenti odij Dei, l. Blasphemiae quam sit intemperiae

Prob. seq. quia quod in aliquo genere infinitum est omnia
eiusdem generis l. eminenter continet l. formaliter, sic
Deus infinitus in essentia et perfectione, omnia entia et
perfectiones l. eminenter continet l. formaliter. Confir.
ex magis recepta Philosophorum doctrina, infinito
non dari infinitum magis sed quovis puto dato
gravius dari potest, nam odium Dei V. G. semper
potest magis et magis intendi, adeoque semper ma
gis et magis augeri eius malitia, quam non
erat nec iam est infinita. Ex eadem recepta
doctrina sequeretur Christi merita non fuisse ma
iora et meliora in genere boni moralis quam
sit peccatum in genere mali moralis, quod tamen est contra
sanctum Paulum Rom. 5. dicentem; Christi gratia superabun
dasse delicto. 2da Pars probabit ex
3tia quae iam Prob. Quia ratione dignitatis Dei of
fensi et vilitate creaturae offendentis tanta est ma
lignitas peccati mortis. Ut posita in lance diae iu
stitiae praeponderet omnibus bonis operibus omnium sanctorum
etsi ea millies plura et maiora forent quam
revera sunt, quod usque horum operum adeoque comparative
est infinita. Ant. Prob. Quia omnia bona opera
quibus Deus honoratur a sanctis, etsi in se considerata
sint magna aestimationis tamen usque maiestatis diae
sunt instar nihili, nulla enim gratia ipsi fit per haec omnia

cum ipsius maiestati et beneficijs sunt debita ista
omnia, nec ista solum sed infinities plura et ma
iora. At contemni Deum à sua creatura infi
nitis nominibus ipsi obstricta et ad amorem et honorem
ipsi obligata si poterit infructum hac mente osti
mari, utpote maiestati et beneficijs ipsius mente re
pugnans, ergo patet quod Deum non esse parem aestimare
honoris vel amoris exhibiti et puti, sed istud plu
ris aestimari in ratione mali quam omnia bona ope
ra in ratione boni. Unde et fit ut potius Deum
magis affligeret si corpus esset doloris quam omnia
bona opera exhilararent, perinde ac Regem gravius
offendit si contemnatur à suis quos beneficijs mensis
afficit, quam recreat honor qui ipsi ab alijs debite
offertur. Nec dicas: Deum non adeo graviter
offendi quovis peccato eo quod non quovis peccato vere con
temnatur, nam Adam V. G. non vere sed interpretative
tantum contempsit Deum quando cupidite victus de pomo
comedit, quod idem coit fit in alijs peccatis, adeoque
videtur Deum tunc non aliter offendi, quam offendatur aliquis
legislator qui videt Cives legibus suis non obedire
quae offensa non adeo gravis censetur. Ne inquam
hoc diceris, esto non peccata ipsa non gravius nec aliter
offendant Deum quam materialis inobedientia offendat legis
latorem nihilominus haec offensa gravissima est, quia
mi. à vilissima quidem rationali tamen et tot beneficijs

affecta creaa naadie et dia iura legesq sctis
simae à iustiss.o Creatore et Legislatore in bonum
ipsius creae data Legislatore et ipso inspectante
violari, hoc n. Legislatori multo gravius dolet
quam vereat obedia ab alijs in proprium suum bo-
num, et pro debito praestita. atq hanc sententiam et
nobiscum et tenent SS. PP. dum in pctō malia
simpli infinita non agnoscunt, nec hoc ipsorum verba
petunt, et tn dnt, tntam ee gravitatem pcti, ut pura
creaa eam tollere non potuerit, ita n. S. Ambros. in
c. 9. ad Heb. tntm fuit pctm nrm et salvari
non poenam aliqn in vingentis filij Dei morerer pro
nobis. Et S. Athan. in Evang. de Praeae. Cum vide-
ret filius Dei malia intollerabile nec mortale genus
idoneum eet qd morti resisteret, neq poenam malorum
suorum persolvere poet (nam excessus malia excedebat
oe supplicium) videnq sl Pris bonitatem et se quam
idoneus eet et potens commotus fuit sua humanitate et
miseriis nrae imbecillitatis illam ipsam imbecillitatem in-
duit. Similia alij PP. hnt apud Cass. lib. 13. n. 188.
et Vasq. d. 4. c. 3. q necessario sequitur Pres sensisse in-
finitam ee comparative malia nec agnovisse ulla
creaarum opera, quae malia pcti adaequari pos-
sint. Cum PP. sentit et S. Th. h. qa dicit pctm
hre infinitatem quandam qa parla, quandam, restrin-
git ab infinite absoluta, nec tn eximit à re-

spectiua. Verum contra nostram sententiam pro utraque
adversariorum infinite aliqua obijciunt et quidem
pro infinite absoluta.
Ob. jo. Quanto magis crescit offensa quanto dignior est
offensus et vilior offendens. Sed illius est infinita digni-
tas, huius infinita vilitas ergo etc.
Resp. si maioris sensus sit; offensam crescere arithmetice
aequali secundum dignitatem offensi, tunc falsa est Ma. nam
etiam in humanis patet non omnem iniuriam Regi illatam dignitatem
Regiam adaequare arithmetice. Si vero sensus sit, offensam
proportionaliter crescere secundum offensi dignitatem tunc Conc.
Ma. Sed nihil mihi pro nobis concluditur, mi. Iniuriam in
Deum in genere iniuriarum esse maxime adeo ut ei nulla
alia possit aequari l. similis excogitari. Sciendum dignitas
in genere dignitatum maxima est, non ac in infe-
ras absolutam iniuriae infinitatem, quia in hac ipso genere
summae iniuriae, dari magna latitudo, et tam specifi-
ca quam individualis inaequalitas. Ita ut nemo in
individuo offendat Deum quin magis ac magis possit
eum offendere adeoque obiectum huius iniuriae nunquam
adaequate attingitur, cum Deus sine fine possit magis
ac magis contemni.
Ob. 2do non minor potest esse culpa, quam sit poena
inflicta, sed poena inflicta puta mort. est simpliciter
infinita, ut pote aeterna, ergo etiam culpa erit infinita
Resp. jo. neg. mi. nam quod secundum durationem solum infinitum

est, non est simpliciter infinitum, alioqui et creata
hois Beat. esset simpliciter infinita utpote et æ-
terna, quod tamen concedendum non est, nam ut aliquid sit
simpliciter infinitum, oportet sit et intensive infi-
nitum:

Pro 2do. Ubi pœna illa Dei infinita nihilomi-
nus recte infligitur pro malitia simpliciter finita, cum
non hæc malitia tota sit. Ut nullis bonis quantumvis
longo tempore continuatis operibus exæquari et compen-
sari possit meretur et pœnam quovis tempore finito
longiorem adeoque æternam, ita ut peccator tanquam
Dei inimicus, æternum Dei amicitiam excludatur et
æternum puniatur pœna damni et sensus.

Pro infinitate tamen obiecta sic

Ob. si peccatum haberet plus de malitia quam contrario l.
dilectio de bonitate, id esset aut certe colligeretur l.
ratione obiecti, l. ratione meriti, l. ratione effectus, nil horum
dici potest, non jo ratione obiecti, quia sicuti peccatum tendit in
obiectum infinitum ita et Amor; imo Amor plus at-
tingit obiectum, nam directe cupit Deo bonum infi-
nitum quantum potest, pro bonitate eius infinita, cum
interim peccatum, præsertim quod non versatur immediate cir-
ca Deum, non adeo cupiat Deo malum, nec ipsum di-
recte contemnat, sed solum Deum eiusque leges quasi negli-
gat, adeoque tamen interpretative contemnat, quia longe

magis infinitudo ubi inflecit in actum amoris,
et eum reddit infinitae bonitatis, quam in actum peccati; ergo
peccatum erit multo minus infinitum quam amor qui tamen
tantum finitus est. Non 2do ratione meriti, quia sicut
peccatum merentur poenam aeternam, ita amor aeternam glo-
riam, ergo sicut par meritum est utrique par etiam erit
infinitudo. Nec 3tio ratione effectus. nam sicut
peccatum a iusto admissum mortificat viam opera bona
ita etiam amor l. contrario delet viam peccata, ita ut
nunquam reviviscant, et quidem formaliter delet sicut lux
pellit tenebras, quia cum peccatum formaliter consistat in aver-
sione ab ultimo fine, amor v. l. contrario, in con-
versione ad ultimum finem, necesse est, ut haec duo
simul consistere non possint, sed posita conversione ad
Deum, vis aversio ad eoque et peccatum expellere formaliter
imo pro ipso peccato etiam plene satisfiet, eo quod ipsum
peccatum per talem contrariam a virtute poenae aio satis-
fendi elicitam, peccatum omne sufficienter et perfectissime retractare.
Ex quibus viribus quaeret bonitas amoris malitiae peccati
in nullo cedere. Hoc argumento utuntur
nonnulli SS. qui cum Vasq. h. putant, amoris l.
contrarii bonitatem, non modo aequare malitiam peccati
sed peccatum etiam formaliter expellere et pro eodem condigne
satisfacere, quarum opinionem quod ad duas posterio-
res partes attinet, eam non modo falsam, sed gravioribus
censuris dignam nonnulli putant. quare ad sin-
gula argumenti capita sigillatim

Ad 2. Quod itaq; jo attinet ad obm. dico, si
amor et pctm physice spectetur, volte magis ten-
dere in Deum ipsumq; attingere per amorem, ut pote
per se amabilem quia accertat ab eo per pctm
eo quod Deus per se odio habeat l. contemni non potest sed
solum per aliquos effectus ut qua punit pctm p. Nego
tamen hoc satis esse ad moralem aestimationem horum
actuum quae pertinent ad honorem l. iniuriam Dei.
nam cum magnitudo offensae crescat ex magni-
tudine offensi vilitate offendentis et ex obliga-
tionibus quibus offenso est obstrictus magnitudo v. ob-
sequij, honoris et satisfactionis decrescat ex mag-
nitudine eius cui exhibetur ex vilitate et obli-
gationibus exhibentis. hinc fit ut pctm compa-
rative in infinitum superet amorem. Quod
2do ad meritum attinet. Dico. alii pctm me-
reri poenam aeternam, alii amorem gloriam aeter-
nam. pctm n. ut sua et per se et sm iu-
stitiae legem poenam mereri ut supra dixi non ita
amor gloriam quia n. dicat, manu pium quale homo
effectu est respectu Dei eo ipso mereri esse coheres
regni quod diligat Deum suum itaq; quod homo me-
reatur vitam aeternam est ex sola ordinatione Dei
nam Deus volens creaturam misericorditer evehere ad

cionem gloriae suae voluit ut ipse homo sese ad hoc
disponeret, et dignum est dignitate aequalis quae im-
possibilis est, sed proportionis redderet ad hoc ut ei
spiritum S. et gratiam adoptionis infunderet. Inter has
dispositiones in peccatore ultima est amor Dei vel contrio
qua posita non ex operantis merito sed ex sua omnia
emittit peccatum, gratiam habitualem infundit, dat spiritum S.
et in filium adoptat. nec non putandum est, amo-
ris vel contritionis actum, tantis bonis dignum esse, sed
est tantum dispositio ex parte hominis, qua aptior dari
non potest. Deus autem homo per auxilium gratiae facit quod in se
est, Deus acceptat tanquam dignum et sua benignitate
supplet, statuendo, ut talia ad praesentiam talis
dispositionis et gratuitis magno peccatori donentur. Ob-
lata porro gratia et filiatione divina, fit ut non solum
amor Dei, sed omnia et singula opera bona ex
gratia facta sint meritoria vitae aeternae, eo
quod opera illa iam ratione operantis maiorem ad hoc
praemium proportionem habeant. Ex eo non quod sint
opera filii Dei (cui enim ex adoptione debetur ae-
terna hereditas.) et etiam per spiritum adoptionis iam
inhabitantem dignitatem quandam singularem contrahant
ratione cuius ductu vitae aeternae condigne meri-
toria. Itaque non tam propter dignitatem operum, quam propter dig-
nitatem operantium, in ipsa tamen opera influentem
operibus iustorum vita aeterna est promissa. alia est
ratio peccati hoc non per se non ratione conditionis subiti merentur poenam
aeternam.

Similis est responsio ad id, quod 3tio loco allatum est, quoad effectum, nam quod peccatum mortificet viam bona opera, id facit ex vi propria, et ratione innata malitia. Quod v. amor l. contrario extinguat peccatum, et restituat bona amissa, non habet ex vi propria, sed ex mera benignitate Dei. neque enim probabile mihi videtur singularis Rr. quorundam contra communem aliorum fere omnium Mtiam quod in contrario l. amor fratri expellat peccatum, et fratri sanctificet Hominem, iustificet et pro peccato condigne satisfaciat. Nam jo. ut omittam Trid. Sess. 6. c. 6. quod fortasse non adeo expugnat RR. ut quidam RR. putant contrariorum vera et communis hominum persuasio qui vere credunt, contrariae tamen dispositiones ad remissionem peccati, interrogatus enim contritus quilibet cur de peccato doleat, recte per causam finalem respondet ut mihi Deus peccatum remittat. 2do. patet idem ex Sta Jer. 3. Convertimini revertentes, et ego sanabo aversiones vestras, non dicit convertimini, et ita sanate aversiones vestras, sed ego sanabo. Idemque habetur in plurimis aliis locis ubi Deus promittit se peccatum remissurum, ut quod Isai. ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas, et non est alius absque me. quod tamen

falsum foret si hoc contrariae eliciendo formaliter expelle-
ret peccatum. Vnde 3tio ab absurdis idem convin-
citur, sequeretur n. hoc esse causam physicam personalem suae
sanctificationis vitae suae spiritualis, ac aptionis in filium
Dei, quia est causa personalis physica contrarii, quae
tamen secundum authores est causa formalis horum effectuum. Constat
quod contrariae esse tantum dispositiones ad expulsionem peccati
non vero formales causas expulsionis, imo tantum abest, ut
ipsa contrario sit causa formalis huius effectus, ut valde
probabile sit neque ipsa gratia habitualis secundum entitatem suam
physicam peccatum expellere formaliter sed quoniam cum sui in-
fusione habet conjunctam liberalem Dei condonationem
et remissionem, nam probabile est, hanc remissionem a
peccato posse abesse, ita ut gratia alicui infundatur
et tamen peccatum non remittatur, quod tamen de ordinaria
Dei potentia nunquam fiet. Nec obstat quod ad-
versarii dicunt posita conversione ad Deum esse ab
eodem aversione expelli et peccatum sufficienter retractari
adeoque pro eo satisfieri, non obstat inquam, nam
in plus non convincitur quam quod resumpta ad Deum
conversione ab actuali ad veram conversionem
adeoque ab actuali peccato cessetur, et pristinae
cum Deo amicitiae redintegratio a peccatore quantum
in ipso est, desideretur, sed tamen non probatur quod habitua-
le peccatum hoc ipso remittatur aut deleatur, i. a Deo

remitti l. deleri debeat, adeoq; quod Rex et
se statim ad pctorem per gratiam convertere teneat
ipsumq; vi satisfactionis et poena ipsi ex debito
remissa in filium recipere, quis n. dicat, eum
qui iniuriam fecit Christi aut eius legem violavit
ita ut mortem mereatur, quod in quam dicat eum
satisfacere ex aequo et sustinere utractare pctm suum,
si Christum amet, et doleat de suo facto, emenda
remq; promittat? quis dicat ex nostra vi tanti
aestimari debere? illum dolorem ex amore pro
fectum gnti iniuriam et legis violationem? aut
quod neget Christum pro iniuria ultinere et pro
meritis punire quia hoc ipso quod quis meritus est,
amittere vitam et omnia bona etsi millies amet l.
doleat, non censetur aliquid aequivalens offerre, quod
mereatur condonationem. Quod a. dominus in humanis
hoc aequè ac potiori iure locum habet in divinis.
atq; dicta hns sunt et notanda pro materia de Poenitentia.
Ess. ut ipse.

Dubium 2dum

An possit pctor pro suo, aut homo purus,
iustus tamen pro alieno pcto
digne satisfacere?

Not: satisfactionem lege acceptam aliam esse perfectam

aliam imperfectam, perfecta s. condigna s. arith
metica s. ut Kk. Coquum sm iustitiae rigorem
est, quae seclusa et acceptatione iniuriati tanti
in se pretij est, ut censeatur aequalis gravitati in
iuriae adeoque sufficiens efficax ad eam tollendam.
Imperfecta est, quae quidem habet aliquid pretij et va
loris, non tamen satis ad tollendam offensam, adeoque
ut tollat offensam necesse habet, ut accepter ab
offenso, ita ut modica satisfactione posse creatam
divinitus adiutam pro suis peccatis offerre, imo de
facto saepius offerre non est; Sed et certum est posse
puram creaturam pro peccatis alienis satisfacere imperfecte,
imo de facto saepius satisfacere per experientiam, quam
in Ecclesia Christiana et eius privati sancti suas
preces et bona opera applicant, pro conversione
infidelium et peccatorum, eamque impetrant adeoque
pro eis satisfaciunt; Certum denique est nullam puram
creaturam de facto imperfecte satisfecisse pro peccatis
totius generis humani, eo quod a posteriori con
stet. Neque ad nullius puram creaturam preces aut
bona opera totius generis humani peccata remisisse.
Con: ja. Nullus peccator est pro suis peccatis perfecte
satisfacere. Ita generatim omnes Cathol. et illi, qui
contrarium tribuunt fratres vim expellendi peccatum,
Pro Con. Probatione Not. ex PP. quos citat

Vasq. d. 2. n. 520. pctm mort. praeter vatu
culpae dia iniuriam involventis secum ferre
vatum multiplicis poenae, tam in hac quam
futuro saeculo, inter quas poenas una est a
terna carentia efficacis auxilij gratiae pre
venientis et excitantis ad resurgendum a
pristino pcto, adeoque necessariam ad conci
piendam contritionem, per quam pcti macula
et dia iniuria s. fratri s. dispositive ex
pellatur. Hoc Not. Prob. Conclusio
non est satisfactio perfecte qui tm pro parte de
bibi satisfacit cum interim alia pars debiti
ipsi a creditore remittatur et condonetur, so
pctor et contritus non in hoc modo satisfa
cit, nam gratis dat (quod falsum tn esse supra
diximus) quod contrium pctm fratri expellat et
perfecte pro iniuria dia satisfaciat. nihilo
minus pro toto suo debito non satisfacit quia
Reus qui creditor est, partem debiti remittit
mi. debitum carendi vi auxilio gratiae pre
venientis, qua carere pctm merito debuerat,
nec ulla via l. ratione pro hoc debito satisfacere
poterat, quomodo n. satisfaciet, certe non mi
